Arch. Comunale di Fano. Sez. X, (Docum.) Amiani n.° 32 pag. 521 e 599.
" " " " Sez. X, (Docum.) Amiani n. 34 (5).
" " " " Manoscritti Conte Ludovico Bertozzi. Famiglie di Fano, Libr. M, pag. 191. e 199.

Ann. 1383. Duodecimo Kal. Augusti. (21 Luglio)

In Noe. Dni Amen. Haec est copia, exemplum, sive transcriptum cuiusdam Bullae Imperialis scriptae in carta membrana, sive pecorina, per D. Iodocum Marchionem Moraviae .... Suxovivi, prout infisci d.a Bulla in margine de d.o homine scriptum reperitur, cum apprehensione sigilli imperialis per cordulam sericam, nigri et glauci coloris, in quo sigillo apparet in cera alba imago Imperatoris sedentis in sede regali cum sceptro regali in manu dextera, in sinistra autem cum Bulla cum cruce, et a manu etiam dextera dictae sedis Imperialis est sculpta aquila cum alis apertis, et a sinistra prae sedis est sculptus Leo {cum cauda sursum retorta duplici} ante dictum sigillum sunt descripta talia nomina:

« D. Venceslaus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus et Bohemiae Rex ». (1)

Retro vero dicti sigilli de cera alba est quaedam particula in qua est cera rubia in qua est impressa et sculpta Aquila cum alis apertis cum duobus capitibus et cauda extensa et in pectore dictae Aquilae est sculptus Leo cum cauda sursum retorta duplici.

(1) Venceslaus VI. (filius Caroli I, Imp. German.) 29 Novem. 1378 — ✝ 16 aug. 1419. Lo stesso Venceslao fece annegare S. Giovanni Nepomuceno, perchè non volle rivelargli la confessione avuta dalla moglie dello stesso Venceslao.